

sitzenn, die lehn und altarien mogen bessern, dy heußer, dorzu geeigent, bawen und in wiriden behalden und dye gotlichen ampt und messin statlicher unde loublicher peragiren und halden. Zw sicherheit, das es also gancz, krefftig und unvorbrochlich gehalden wurde, habin sie dys allis also ins memoriall zu verzechenn befolen. Actum die et anno quo supra. Ouch keyne preces primarias noch secundarias den fremden ader den, 5 dye do nicht stattkynder werenn, hinfurder zusagenn, noch vortrostunge geben. Actum quo supra.

193.

Bischof Johann von Meißen gestattet, daß die schon längst in Kamenz übliche feierliche Procession am Kreuzerfindungsfest von jetzt an auch mit Figuren, welche das Leiden Christi darstellen, gefeiert 10 werde, und verheißt den Theilnehmern 40 Tage Ablass. Stolpen, 1502 Jan. 14.

Gedr.: M. Carl Sam. Senff, Kirchen-Reformation- und Jubel-Geschichte des Amts Stolpen. Bülßin 1719 S. 34. Pasig, Johann VI. von Salhausen 120.

Johannes dei et apostolice sedis gratia episcopus Misnensis ad perpetuam rei memoriam. Cum simplex meditatio passionis Christi secundum catholicos tractatores 15 plus valeat et deo magis accepta sit, quam si quis jejunaret per annum qualibet feria sexta in pane et aqua, vel si disciplinam faceret qualibet hebdomade per annum usque ad effusionem sanguinis, vel legeret unum psalterium, homines ad eandem dominicam passionem frequenter meditandam totis viribus inducere debemus. Invenitur enim in ea totus thesaurus meritorum et salubrium honorum; nil enim ita illuminat ad cogni- 20 tionem; nil ita accendit ad dilectionem; nil enim ita operatur in anime sanctificationem; nil enim ita efficax medium curationis contra omne vitium et tentamentum. Contra superbiam videtur caput ejus in cruce inclinatum; contra avaritiam paupertas et nuditas invenitur; contra luxuriam virgineum corpus totum vulneratum; contra iram latus apertum et Christus pro inimicis deum precibus exorans; contra gulam os felle et aceta potatum; 25 contra invidiam brachia extensa ad amplexandum; contra accidiam^{a)} manus et pedes perforati. Sed cum omnis (*sic*) vulgus ad talia meditanda aptius faciliusque induci nequit, quam per corporales quasdam figuras et signa, quibus tanquam libris quibusdam passionem dominicam legere habeant, quare venerabilis nobis in Christo devotus Christophorus de Potschitz^{b)} plebanus et providi nobis sinceriter dilecti proconsul et consules Camizenses, 30 cum ex pura et sincera devotione in venerationem passionis dominice ac ejus suavissimam memoriam ad longa tempora semel in anno circuitum solennem ipso die inventionis crucis sancte absque tamen figuris aliquibus peregissent, nunc vero eundem cum figuris passionem Christi repraesentantibus ad commovendum simplicium animos ad meditationem passionis dominice perficere cuperent, nostram ad hoc indulgentiam et autoritatem humi- 35 liter expetentes: nos vero eorum petitionem justam et rationabilem existimantes, volentes Christi fidelium devotionem augere, ipsam duximus admittendam et autoritate nostra

193. a) *i. e. indurata mentis tristitia, quae, dum quis laborat, vertitur in taelium. Du Cange.* b) *Der Druck bei Senff hat: Porschwiz; allein der S. 142 erwähnte Cristoff von Boytzschitz kommt auch noch 1508 im Kamener Stadtbuch 3,260 als Pfarrer Christoph von Botschitz vor.*